Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qui sanet et iussit illi dari mandu
care. Et egressus inde iesus abiit
in terram suam et sequebantur eum
discipuli sui. VI

Et facto sabbato cepit iesus
in synagoga docere. Et multi
audientes admirabantur
in doctrina eius dicentes. Unde huic
hec omnia. Que est sapientia que
data est illi. et virtutes tales que
per manus eius efficiuntur. Nonne hic
est filius fabri et marie frater ia
cobi. et ioseph. et iudee et simonis. Nonne
et sorores eius hic nobiscum sunt.
Et scandalizabantur in illo. Et di
cebat eis iesus. Quia non est pro
pheta sine honore nisi in patria sua
et in cognatione sua. et in domo sua.
Et non poterat ibi virtutes mul
tas facere. nisi paucos infirmos
impositis manibus curavit. et mi
rabatur propter incredulitatem eo
rum. Et circuibat castella in cir
cuitu docens. Et convocavit xii.
et cepit illos mittere binos. et ded
eis potestatem spirituum immundorum.
Et precepit eis. ne quid tollerent
in via nisi virgam tantum. non
peram. non panem. neque in zona
es. Sed calceatos sandalis et ne
induerentur duabus tunicis. et
dicebat eis. Quocumque introie
ritis in domum illic manete con
ceptus inde. Et quicumque non rece
perint vos. nec audierint sermo
nes vestros. exeuntes inde. excu
te pulverem de pedibus vestris
in testimonium illis. Et exeuntes
predicabant ut penitentiam a
gerent et demonia multa eiciebant.
Et ungebant oleo multos egros
et sanabantur. Et audivit hero
des rex. manifestum enim factum
est nomen eius. et dicebat. Quia
iohannes baptista resurrexit a
mortuis. et propterea operantur virtu
tes in illo. Alii autem dicebant. quia
helias est. Alii vero dicebant. qua
propheta est quasi unus ex prophe
tis. Quo audito herodes ait. Quem
ego decollavi iohannem. hic a mor
tuis resurrexit. Ipse enim herodes
misit ac tenuit iohannem. et vinxit
eum in carcere propter herodia
dem uxorem philippi fratris sui. qua
duxerat eam. Dicebat enim iohan
nes herodi. Non licet tibi habere
uxorem fratris tui. Herodias au
tem insidiabatur illi. et volebat occide
eum nec poterat. Herodes enim
metuebat iohannem. sciens eum
virum iustum et sanctum. et custo
diebat eum. Et audito eo multa
faciebat. et libenter eum audiebat.
Et cum dies opportunus accidisset
herodes in natali suo cenam fecit
principibus. et tribunis et primis
galilee. Cumque introisset filia ipsi
herodiadis. et saltasset. et placuisset
herodi. simulque discumbentibus
rex ait puelle. Pete a me quod
vis. et dabo tibi. Et iuravit illi. Quia
quidquid petieris dabo tibi. licet
dimidium regni mei. Que cum
exisset dixit matri sue. Quid pe
tam. Et illa dixit. Caput iohannis